

Alte Drucke

APOLOGIA || FRANCISCI || MONTANI PRO SOCIETATE || IESV IN GALLIA. || CONTRA ANTONII ARNALDI || Aduocati Parisiensis Philippicam. || Ex Gallico in ...

Richeome, Louis

Cracoviae, 1597

Caput XIIIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154864

Isaie 14.

Natura hæreti-
ci.

pra omnem naturam creatam exaltatus, nihilominus corde suo volutabat illud, *Ascendam*, agrè ferens Deum se emi-
nentiorem. Hæreticus ergo *primogenitus superbiæ filius* natu-
ram patris sequitur: vult enim semper primum occupare lo-
cum: semper cælum per stultitiam affectat, odioq; omne il-
lud habet, quo ab ascensu prohibetur, & multò magis id,
quo deprimitur. Hinc fit, vt omnem se superiore potesta-
tem, & maximè spiritualem, quæ iudicium & voluntatem,
animæ nobiliores partes, tangit, abominetur. Hinc imperij
impatiens nemini morem gerit; & vt coruus oculos, sic iste
caput appetit: hoc enim obstat, quo minus excelsior appa-
reat, hoc ex alto eundem deturbat: quare caput hoc totis
viribus contere molitur.

CAPUT XIIII.

*De impudentia Hæreticorum in Reges
& Principes.*

2. Petr. 2.

Quales sint hæ-
retici erga Re-
ges.

QUOD si vnquam vlla extitit hæresis superbiæ & ar-
rogantia tueris, ea est hæresis nostræ ætatis, collu-
uies & sentina, in quam omnium antiquarum hære-
seon sordes confluerunt. Hinc & in caput Ecclesiæ remis-
velisq; consurgit, vera filiorum superbiæ effigies, de qui-
bus his verbis Apostolus: *Dominationem spernunt, audaces, sibi
placentes, Maiestatem blasphemant.* Nec capiti duntaxat spiri-
tuali, sed & temporali hæresis cornua obuertit: licet enim
videatur Regibus & Principibus politicis debitum honorẽ
& reuerentiam deferre; inuitâ tamen id agit Mineruâ, neq;
sine spe alicuius commodi, aut libertatis, aut alterius doni
id facit. Hac spe sublata, dentes stringere, & ungues exere-
re egregiè nouit. Legatur Lutherus, qui quanta insolentia
in Henricum VIII. Regem Angliæ inuectus sit, explicatu
difficile est, licet profiteretur, se Reges venerari & colere.

Caluinus

Calvinus in sua Institutione de Regibus & obedientia illis debita, loquitur ut alter Augustinus; quia sperabat fore tempus, quo arbitrato suo cum Rege ageret: at cum hac spe deiectus conspiceretur, Principes Catholicos, serio in hæreticos animadvertere, calamum & stylum vertit, & pre-textu honoris diuini, aculeos omnes in Principes expressit. In sua Institutione dixerat, eos esse Deos in terra, à Deo missos, ut vices eius gererent, omni honore, obseruantia & obedientia dignos, etiamsi sint sceleratissimi: sed in Danielelem commentans, nulum lapidem non mouet, ut eos ex illo throno deiiciat. Ibi enim ait, eos esse non deos, sed indignos, qui in album hominum referantur; non honorandos, sed in facie sputis complendos, mimos, insanos, bruta animalia, equos ac asinos, in forum porcellos & vitulos vectantes. Eosdem deinde irrifui habet, quòd hoc titulo vantantur (gratia Dei) quo tamen agnoscunt potestatem suam sibi cælitus esse collatam, quam recognitionem omnes Reges semper plurimi fecerunt, suisq; honorum & regnorum titulis piè ac religiosè semper adscripserunt. Ad extremum vexillo explicato & diducto subditos aduersus Principes exfuscitat. Verba eius sunt ista: *Abdicant se potestate terreni Principes, dum insurgunt contra Deum* (hoc est, quando hæreticos puniunt) *imò indigni sunt, qui censeantur in hominum numero; non audiendi, sed conspuendi sunt, nisi omnes superstitiones aboleantur, hoc est, nisi aboleant Missam & omnia Sacramenta Ecclesiæ Catholicæ.* Eodem loco: *Hodie, inquit, ut omnes Reges fatui sunt & bruti: ita etiam sunt quasi equi & asini brutorum animalium.* Item: *Exercent tyrannidem aduersus omnes pios: stabiliunt sua sententia impias superstitiones, per superstitionem intelligit fidem & doctrinam Catholicam.* Et in cap. 4. eiusdem Prophetæ: *Hodie, inquit, Monarchæ semper in suis titulis obtrudunt, se esse Reges, Duces & comites, Dei gratia; sed quàm multi falsò Dei nomen prætendunt?* Et concludit: *Merus igitur fucus est, quod dicunt, se*

Lib. 4 c. 20.

In 6. cap. Dan.

V. 22.

Impudētie Calvinii in Reges

Verba Caluini.

cunt, se Dei gratiâ pollere dominatione.

Zuing lib. 4. Zuinglius apertè dicit, Reges improbos exauctōrandos esse.
 epis. fol. 186. Sed improborum nomine, perperam bonos Catholicos com-
 & tom. 1. art. prehendit, probatq; suam sententiam exemplo Manassis &
 42. Saulis. Quamobrem quotiescunque Regum quispiam Mi-
 nistris istis non statim obtemperat, de solio decidit, vt isti
 quidem nudius tertius nati Dni existimant, licet titulo suo re-

Rex Gallie regio gratiam Dei, & potentiam diuinam præscribat. Beza
 Beze Satan est Magistri sui Caluini vestigia sequitur. nisi quod multis locis
 & Diabolus. petulantia Doctorem suum vincit, potissimum in quadam,
 sua epistola, quæ est 41. in qua manifestè inuehitur in Re-
 gem Gallie, quem Sathanam vocat: Caueant sibi, inquit, fideles
 inire vnquam fœdus cum Sathana. Neque aliud propemodum
 Beze in ore fuit, quàm libertatem Ecclesie Gallicane armis com-
 parandam, armisq; conseruandam esse. Omnes Ministri eandem
 amplexi sunt doctrinam, vt testantur libri, quos de hoc ar-

Libri heretico rã ex quibus li- gumento scripserunt, quod genus, sacrum Concilium, Alithia,
 quet, quid de re de furore Gallorum, Iunius Brutus de potestate Principum & populi,
 gibus sentiant. Epistola Bruccij, quæ est Beze, Homicidarum crepitus, Excitatori-
 um matutinum, & similes. & vt liquidò constet, hæreticos nō
 oppugnare ipsos Reges, ob flagitia, quibus fortassis obno-
 xii videri possint, sed statum ipsum & regiam dignitatem;

Lib. 4. c. 20. En, quid Calvinus scribat in sua Institutione, cum de triplici
 Aristocratiam Reipub. forma loquitur, videlicet Monarchia, Aristocratia,
 præfert Calui- & Democratia. Equidem si in se, inquit, considerentur, tres isti
 nus Monarchie modi gubernandi, quos adduxi, præ eminentia illorum, qui gubernant,
 populumq; in libertate conseruant, pluris erit facienda, hoc est, Ari-
 stocratia erit melior. Quæ verba capitale Monarchiæ odi-
 um extorsit. Omnes enim Philosophi, ipsa ratio & experi-
 entia, principatum Monarchiæ, seu regiæ administrationi
 10. Sen. 2. de largiuntur.

benef. 10. Plu- Ex hac Caluini, aliorumq; hæreticorum præclara doctri-
 na ex-

na extiterunt acerbissimi illi fructus, quos miserranda Gallia à triginta sex vel circiter annis deuorare coacta est. Ex hac doctrina velut ex hoplothecca & armamentario quodam deprompserunt sibi hæretici spicula, vt in Gallia perficerent, quod animo conceperant, & in regiam maiestatem insurgerent, euerfa Monarchia cum Religione auita, per innumeras strages & cædes, & immanissima facinora, occupatisq; trecentis, iisq; potissimis Gallia vrbibus, vt eò, si quæ fata sinerent, Aristocratias & Democratias introducerent, quod Geneuæ, Ruppellæ, Nemausi, in Monte Albano, & alibi fecerunt, quibus locis sedulò aduigilant, ne cuiquam potentiori aditus pateat, qui regia potestate in illos vtatur. Nec admittitur legitimus Rex, præcipuè si sit Catholicus. Ministri Bernenses, perinde ac si essent huius regni pares & patres, qui sciscendi & decernendi liberam haberent potestatem in Pseudosynodo quædam leges rogarunt in odium & contemptum Caroli IX. mandaruntque, vt in omnibus Gallie vrbibus, quarum hæretici potiti erant, obseruarentur, quibus instituuntur Magistratus, Duces, & Tribuni militum & alii administri, ad imitationem veterum Ioniorum, Bæotorum, Dolopum, & Achiuorum; adeò hæresis Reges & regiam dignitatem ac Superioris vnitatem odit, velut infitæ suæ superbiz intolerabilem.

Si huius doctrine vel tenuissimam vmbra in libris Iesuitarum reperisses, quantos clamores ambabus inflatis buccis sustulisses, vt voce satis sonora crimen læsæ maiestatis intonares? Sed de hoc capite satis superq;. Ostendi perspicuè ex tuis verbis, te esse hæreticum. Ne igituringas te amplius Catholicum, ne producas amplius Collegium regium Navarraum, vt te tegas. Lupus es, nam vt lupus vlulas, vt lupus mordet, vt lupus insectaris pastorem, & oues IESV Christi. Exue pellem ouinam, dentes tui & ungues patue-

tar. de Monar.
Isocr. ad Nico-
clæ. Herod. li.
3. Hb. l. 2. Ilia.
S. Iust. orat. ad
gentes. S. Atha.
orat. cõt. Idola.
S. Cypr. de Idola.
uanit. S. Hier.
ad Rust. Hære-
tici oderūt Mo-
narchiam.

Impudentia Mi-
nistorum Ber-
nensium.

Arnaldus om-
nibus indicis
Lupus.

De fide orthod.
cap. 3.

runt: cur times vocari hæreticus, cum sis? Putasne, te non esse hæreticum, recusando nomen? Ne illi quidem, ait S. Ambrosius, sunt immunes hæreseos, qui nomen quidem refugiunt, sed perfidiam asserunt, & impietatem exequuntur.

C A P V T XIX.

Calumnia & Mendacia Arnaldi circa originem Societatis Iesu.

POSTQVAM pectoris tui perniciosum virus in caput Ecclesiæ liberaliter euomisti, & quo ardore Sedis Apostolicæ ruinam exoptes, manifestis argumentis declarasti: conuerso furore, nunc membra Ecclesiæ aggredieris, de quæ origine Societatis Iesu sic nugaris: Cogor aliquid dicere de origine Iesuitarum, sed breuissimè, quia causa mea aliò me vocat: quibus subdis: Anno igitur M. D. XXI. cum exquisitum censerent Galli, ut is, qui ipsorum causâ ditione sua exciderat, eandem per eosdem recuperaret, obsidione cinxerunt ciuitatem Pampelonam, eamq; post multam demum oppugnationem occuparunt. Erat autem ibi præsidiariorum militum Dux Ignatius Loiola, qui pertinacissimè nostris sese opponeret, donec tandem vix fractis cruribus euaderet. Quo casu militia ille quidem supersedere coactus, sed tamen cum iurasset odium in Gallos irreconciliabile prorsus, nec minus eo, quàm erat Hannibalis contra Romanos auxilio maligni spiritus, incubatûq; suo exclusit maledictam istâ coniurationem Iesuitarum, qui tot tantaq; mala in Galliam inuexerunt. Et paulò post: Mirandum sanè, flagitiosam Iesuitarum propagationem ruina vtique & desolatione gentis humanæ in tantam excreuisse multitudinem, ut intra paucas annorum hebdomades à sexaginta (neque enim initio plures) ad decem vsque prouenerint millia. Hactenus Narrationis tuæ verba, quæ qui legerit, quantumlibet frigidè duntaxat & politicè Catholicus, nulloq; veteris Religio-